



LIBER QUARTUS GRAMMATICES SACRÆ APPENDIX.

Tria supersunt, quæ omitti nec possunt nec debent, ut Grammaticæ sacræ sua constet integritas. I. De significationibus literarum præfixarum apud Hebræos; quæ tum ad Pronominum, tum Adverbiorum, tum Præpositionum, tum Conjunctionum, classes pertinent. II. De paralipomenis quibusdam, figuras Grammaticas concernentibus. III. De Nomine proprio, quod sub initium tradi debuerat; sed certas ob causas tractatio ejus in finem est rejecta. Tribus igitur tractatibus, in certas observationes distinctis, hæc ipsa, *עין דעו*, proponuntur.

TRACTATUS I.

DE VOCULARUM PRÆFIXARUM SIGNIFICATIS.

Hebæis vox dividitur in separabilem & inseparabilem. Separabilis est, quæ separatim consistere potest pleno significato, extra compositionem. Inseparabilis est, quæ cum aliis componi debet, ut certa ipsi constet significatio. Et hæc vel præfixa est, seu aliis vocibus a principio connexa: vel affixa (quam & suffixam vocant) seu aliis vocibus a calce addita, & sunt significatione Pronomina demonstrativa, possessiva & relativa.

Præfixa autem voces (quæ significatione voces, scriptura literæ simplices sunt, quædam tamen ex integris dictionibus decise) peculiarem requirunt tractationem, ob varias significationes, quas obtinent.

Exhibentur conjunctim in duobus nominibus propriis (technice memoriæ causa acceptis) *משה וכלב* Mosche & Caleb. Possunt ita distinguere, quod primo significato dux illarum

sint Pronomina ה & ו: una Adverbium, & tres Præpositiones, ה, ב, & ל, una denum Conjunctio ו. Eodemque ordine hic proponuntur. De punctatione in genere notetur, quod tria, ה, ו, ב, post se ordinarie habeant dages forte, cujus causa est, quod ex separabilibus dictionibus sunt decise: ה ex הן ecce; ו ex ויין qui, ב, ex ב de. Abjecta igitur litera postrema per dages forte compensatur in litera prima vocis, cui præfiguntur. De qua punctatione, & aliis ejus anomaliis, consulantur Grammatici Hebræorum. Jam ad significationes recta progredimur.

Observatio I.

De Pronomine præfixo ה.

Significatio primaria est, quod articulum præpositivum ה, ה, ה, notat: Et id quidem Vel cum emphasi, unde vocatur ה ה' h.e. He notificationis, quia se nominis significatum notius reddit, & quasi ostendit. Vocatur & ה demonstrativum. Deut. III, 25. Transeam quasi, & videam את-הארץ השובה terram istam bonam, que est trans Jordanem. Vide & verba sequentia, ubi singula vocabula emphaseos causa, articulum illum habent. Esth. VII, 4. הַצַּרְפָּתִי hostis ille, Haman scil. Esth. VII, 14. הַצַּרְפָּתִי הַיְהוּדִי virgo illa concipiet &c. Vel sine emphasi, Deut. VIII, 3. Non על-ההרים de panno solo vivet homo. Matth. IV, 4. ἐπ' ἀέτω μόνω sine articulo hoc dicitur. Sic Lev. XVIII, 5. Quæ fecerit ea הַאָדָם homo, vivet in illis. Rom. X, 5. per ἀνθρώπων sine articulo hoc redditur.

In nominibus gentilibus, si composita sint, fit divalio, & posteriori voci præfigitur ה. Jud. VI, 11. הַיְהוּדִי אַבִּי אֶזְרִיתָא Abi Ezrita. 1. Sam. VI, 14. הַשְּׂחִיפִיתִי Beth Schimschita. 1. Sam. XVI, 1. הַבְּלֶעְבֶּמִיתִי Bethlechemita. 1. Reg. II, 2. Similiter filius Gera. הַיְהוּדִי בֶן-בְּנַמִּינִיתָא Benjaminita: quod